



AD ILLUSTRISSIMUM ET
Celsissimum Principem, &
Dominum,

DN. AUGUSTUM,
PRINCIPEM ANHALTINUM, CO-
mitem Ascaniæ, Dominum Servestæ & Bern-
burgi, Illustrissimæ Domus
Senjorem,

Illustrissimæ Filie

DN. DOROTHEÆ, &c.

VI. Decembr. proximè lapsi Anni M. DC. XXXVII,
inter ardentia ad DEI Filium suspiria,
piè defunctæ

Abicium

Paterno affectu prosequentem &
mærentem,

CONSOLATIO

Celsitudinis ejus humilimis cultoribus,
clientibus & subditis

Scripta.

SERVESTÆ, Typis Andreae Bezelij,
Anno M. DC. XXXIIX.

AD ILLUSTRISSIMUM ET

CELESTISSIMUM PATRONUM

DOMINUM

DN. AUGUSTUM

PRINCIPEM ANHALTINUM, CO

MITTENDI ALEXANDRO DONATIONIS SEVILLAE & BRUN

SVIGI ILLUSTRISSIMO DOMINO

REVERENDISSIMO

ILLUSTRISSIMO

DN. DOROTHEO

VI. Decembris proximo lapsi Anno MDCXXVII

inter ardentis ad P. Illiam Iuliana

pie detulisse

Adm

Paterno est in profectum

scripsit

CONSOLATIO

Collegiis eius humiliter conatibus

clericibus & laicis

scripsit

SERVARE Typis Andreae Bexelii

Anno MDCXXVII



I.

Ad

Celsissimum Dn. PARENTEM.

Totus eras, PRINCEPS CELSISSE, to-
 tus in istis
 Curis, qui Patriæ concilianda *salus*,
 Cum spem servanda morti vicina *salutis*
 FILIA PRAELUSTRIS ponere visa fuit.

Non posuit: potius sic *veram* nacta *salutem* *Ultima mori-
 Ad superos abiit FI L I A *digna* polo. bundæ Princi-
 Nam qua viva DEO vivebat, mortua nullam* pilsæ suspiria:
 Erumnam, summo Numine *tuta*, timet; Leb ich / so leb ich
 Mortua sed mundo caelesti in luce, JEHOVÆ meinem Gott/
 Vivit: Et hac demum est indubitata *salus*. Sterb ich / so höre
 suff all mein Noth.

Martinus Milagius, Prr. Anhaltinor.
 Consil. & Cancellarius Servestanus.

II.

IN terris firmum nil est, sunt lubrica cuncta;
 Interit Et clarissimatis altus honos:
 Nil etas, nil forma juvat, sunt omnia fati,
 Cras, qui namq; hodiè floret homo, aret humo.
 Felices autem mortales, sine peractō,
 In Christo placidè qui potuerunt mori.
 Non sunt amissi premissi, lucra reportant,
 Et pro morte illis vita beata datur.
 Tu quoque morte tuâ felix, celsissima Princeps,
 Mors tibi nam vitæ janua facta tuæ est:
 Venisti ad portum jam nunc saturata dierum
 Et saturata onerum, gaudia *tuta* tenes:

A 2

Vera

Vera tibi pietas, & mens virtutibus altis
Et probitas omnes exuperabat opes.
Pro fastuq; tibi simplex in pectore candor,
Et tua mens sui nescia prorsus erat.
Quaeq; preces solitas studio comitata Parentum
Optima pro patria vota salute dabas.
Hinc vitam ut rexit pietas, sic finit illam,
Ut prece capta fuit, sic quoq; clausa prece.
Vita est in Christo: didicit qui fidere Christo,
In media hic etiam vivere morte potest.

Johannes Cöppen.

III.

Decursamné doles Nata pede præpetere vitam,
Ascania columen præsidiumque Domus?
Si, Patris Affectus, legem paterere, videri
Invidia posset conscius esse dolor.
Nil Pater amisit: nil Filia: Filia Patrem
Moestitiæ vultum ponere læta jubet.
Quod desiderium teneat, nil objicit orbis;
Nil, quod non jubeat præcipitare fugam.
Ecce viam infestam monstris, quæ ducit ad astra!
En toto tensas Daemonis orbe plagas!
Solis ab occasu calidum truculentus ad ortum
Mars furit, & Boream corripit atq; Notum.
Quò fugiat Pietas, tutum, quod captet, asylum
Turbatus nullum, quâ patet, orbis habet.
Exul abire fugâ quis non hoc ardeat orbe?
Elapsum properè quis rediisse volet?
Ludit ubi Elysiis mens undique libera campis,
Et secura hostes ridet ab axe suos.

Ter-

Territat humanae nil inconstantia sortis,
Quae vitam in coelis certa salutis agit.
Excitum in terras unquam coelestibus oris,
An non invideat, qui rediisse volet
Officio factum patrio satis, inclyte Princeps,
Dum Natam in terris ureret acere dolor.
Lata triumphatrix vicit, secunda doloris,
Calicolum laetis associata choris.
Sume animum Genitor, maestos nunc exue vultus;
Jam laetum poscit Filia laeta Patrem.
Chara fatigatis praecunt dum pignora, voto
Consequimur reliqui servidioris viam.

Marc. Frid. Wendelinus,
G. A. R.

IV.
Querela Servestae.

Silicet irarum jam tandem effudit habenas
In miseram cunctas ultio justa DEI,
Horrendi quando Martis violentia utrumque
Tam crebro petiit vulnere Morsq; latus.
Nec sat erat, tanto letalia spicula furore
Vibrasse in Cives, Mors truculenta, meos;
Ni Patria Patris Augusti quoq; celsa fuisset
Illustris Gnata funere fracta Domus,
Funere ni gemino nuper percussa fuisset
Aescania illustris tam subito Aula Domus.
Sed bene habet. Clemens verè quoscunq; paterno
Prae reliquis dignos censet amore Deus,
Omnibus actutum scelerati casibus orbis
Eripit, horrendis eripit ipse malis.

A 3

Ne

Ne violent forsā generosam Crimina mentem,
Crimina perversus quae male mundus amat,
Quare immaturum Gnata nolite, Parentes
Illustres, obitum flere, dolere nimis,
Omnibus ē Vita misera huius Gnata periculis
Translata in celsa est caelica tecta Domūs,
Hic ubi cum Christo cum Coelitisq; perennis
Gaudis ovans Vita non peritura capit,

Interprete

M. Petro von Jena, Reipub. Servesta-
nae Consule & Illustris ibidem Gymna-
sii Adjuncto.

V.

Pallida Mors aequo scenas pede pulsat egentium,
Et turres Regum, fortia castra Ducum,
Omnibus aequa venit; non curat stemmata Gentis,
Non Artem, Martem, lecta metalla Tago.
Nil Probitas, Pietas, nil Candor, Forma, Pudorque,
Nil Gravitas prodest; omnibus aequa venit.
Non Iro, Caelo parcat, non parcat Honori,
Non agris, sanis; tollit utrosque simul,
Non parcat Mystis, animas dulcediue Verbi
Qui recreant, Fidei qui pia verba sonant.
Non parcat duplicis Juris, Legumque perito,
Qui facit arguto verba diserta sono.
Nec Medico parcat, lapsas in pristina vires
Reddere qui potis est, arte levare malum.
Cum foedis vetulis praestanti corpore nymphas,
Cum senibus juvenes tollit; & aere necat.
Tros, Rutulusve fuit, NULLUM DISCRIMEN HABETUR.
Mors fera quemque ferit; Mors fera quemque terit.

O sum-

O summa asperitas! summa inclementia Mortis!

Tristia Fata solo! Tristia Fata Polo!

O miser humanæ status, ô tristissima vitæ

Conditio, nunquam corde dolenda satis!

Hoc esu pomi fecit peccator ADAMUS,

Dum spreuit summi jussa verenda DEI. *Gen. 2, 17. 3, 6.*

Hinc illæ lachrymæ, venit hinc fors (a) anxia Mortis;

Hinc in non hominem vertitur omnis homo.

(a) *Gen. 2, 17. 3, 16. 17. 18. 19.*

SED nobis miseris hæc consolatio, CHRISTUM (b)

Vicisse horridæ spicula sava Necis.

(b) *Esa. 29, 8. Hof. 13, 14. Rom. 6, 9. 1. Cor. 15, 54. 2. Tim. 1, 10. Heb. 2, 14. Apoc. 7, 17. 21, 4.*

Namq; (c) ut in ADAMO morimur, sic vivimus omnes

In CHRISTO, Isaidis semine, Rege Poli. (c) *1. Cor. 15, 22.*

Terreni (d) ut tulimus, sic & coelestis ADAMI (d) *1. Cor. 15, 49.*

Gesturi effigiem Solis in arce sumus.

Gratia (e) magna DEO, CHRISTI qui morte trophæum

Largitus nobis coelica regna parat! (e) *1. Cor. 15, 57.*

ERGO licet Pareæ Fatalia Numina gnatum

AUGUSTI abstulerint Principis ante diem,

Illa tamen (f) vivit, vivit per sæcula; Pacis

(g) Gaudia multa capit, facta corona Poli.

(f) *Sap. 3, 1. 1. Job. 3, 16. 10, 28. 11, 26. 17, 24. 3. Tim. 2, 11.*

(g) *Esa. 29, 9. 30, 29. 51, 11. Rom. 14, 17. 1. Cor. 2, 9. 1. Pet. 1, 6. 9.*

Aspera nos animo hæc subiectos ferre modesto;

Idque probare decet, quod probat ipse DEUS.

Parce DEUS nobis miseris, peccasse fatemur;

Parce tuo populo, parce benigne DEUS.

Desine tristitiam tristi satis addere Genti;

Et plures RUTÆ tollere ab arce domus.

Jam plorasse satis; jam deduxisse per annos

Ascanis ex Aulâ funera mœsta satis.

Ex

Exhilara hanc iterum ; sacrati Flaminis Aurá
 ASCANIAE cretos stirpe tuere Duces,
 Fortior ASCANIO forti hand est sanguine sanguis;
 Fortiter hic forti Marte trophæa refert,
 AUGUSTUM serva illustri cum conjuge Patrem,
 Ordo quem Patriæ scepra tenere jubet.
 Serva Magnanimum LVDOVICVM ; hos protege fratres;
 Quos Amor, & Pietas jungit, & alma Fides.
 Protege JAN-CASIMIRVM ; ARIBERTVM Heroa GEOR-
 Protege, quæis curæ Martis & Artis opus, (GON
 CHRISTIANVM Heroem, FRIDERICVM protege fratres,
 CHRISTIANI armigeri Pignora cara Ducis.
 Protege RVDOLPHI natum post fata JOHANNEM,
 Qui Patris est hæres unicus, atque Decus.
 ERNST-GOTLIEB, LEBERECHT serva, natosq; recentes
 ANHALTI comites, ASCANIAE que Duces
 Hos serva ; hosce tuo Spiramine flecte, gubernas;
 Fac Patriæ capiant scepra regenda sua.
 Illustres DOMINAS Matres, DOMINAS que puellas
 Protege, ANHALTINAE Lumina magna Domus.
 Sic tua laus, & honos ; sic nomen in Orbe vigebit,
 Sic & in Orbe DEVM te pia turba canet,
 Sic VERBUM purum, sic pura sigilla que VERBI,
 Sic simul ASCANIDVM Gloria semper erit.

In humilime subjectionis tessera, condolentia

sua contestanda, ergo depropere

rabat

Johannes Cramerus, J. U. D. &
Reip. Servestanz Consul.

Phæbe-

VI.

PHœbeos ante exortus prænobile germen
 Suaves odores flore spirat Hesperis:
 At simul Eoum rediit super æthera lumen,
 Omnem ipsa honorem condit invido sinu.
 Haud aliam Illustris, Jehovah munere noster,
 Sortem tenebat noster ille flosculus.
 Scilicet is primo spectatam in limine vitam
 Virtutum amicam proferebat gratiam.
 Heu crudi nimium fati mox terminus urget!
 Vigor juventam cheu recentem deserit!
 Quin immo veros Libicina orditur honores,
 Requiem, Vigorem, gaudia.
 (Im Tode geht an unsere Ehre/ie.)

Nathan Vogt / Med. D.
 Senior.

VII.

Princede te dignum præstes, celsissime Princeps,
 Plantula dum princeps, principe nata, cadit.
 Cursus hic est rerum, nullâ mutabilis arte:
 NASCI & DENASCI: quid nimis ergo doles?
 Nec tamen ex fatuo fato mors constat, at horam
 Cælica lex statuit: quid magis ergo doles?
 Mille tibi proles, quæis undique cingitur orbis,
 Est erepra malis: quid nimis ergo doles?
 Vita merus labor atque dolor fuit, hora diesque
 Expers nulla metus, quid magis ergo doles?
 Amplo Dorotheam misit qui munere, munus
 Jure æquo repetit: quid nimis ergo doles?
 Ultima luctantis pietatis vota fuerunt:
 HUIC, CUI VIXI, MORIAR: quid magis ergo doles?
 Cassa solo sed viva polo, virguncula sponso
 Serta parat Christo: quid nimis ergo doles?
 Cara fuit patri soboles, sed carior uni
 Regi cœlorum: quid magis ergo doles?

al

B

Velle

Velle DEI sit velle tuum, sic principe dignum
Præstabis, dignus principe laude vehi.

Humilima devotionis & ουμπαδείας ergo scrib.

M. Felix Hausstedius

II X.

E St Homo mortalis, mortalia gaudia captat,
Tandem mortalem pallida fata manent.
Non iuvat illustri prognatum stemmate, vili
Nec quicquam parcit Mors violenta viro.
Omnibus ingressus similis vita, exitus idem.
O Homo quid jactas! respice pulvis eris.
At majora tibi post mortem: Mors tua namque
Principium vite prosperioris erit.

Ex humilima subiectione add.

Nathan Vogt D.
Junior.

IX.

*Illustrissimos Parentes alloquitur Generosissima
defuncta Filia.*

Quid vita? Crux. Quid mors? Crucis Catastrophe.
Quid inde? Vita libera omnibus malis,
Omni soluta vita succedit cruce.
Sic plurimis Ego malis obnoxia,
Sic usquequaque duriore ipsa neci
Exercita heu! fui, donec fui, cruce.
Expers dies nullus malorum, inops cruce
Nullus. Piorum namque Crux perpes comes.
Sed ô suavis, grata, delectabilis
Crux! ô bona! Crucifixi adaucta robore
Temet subegi, subjugavi fortiter.
Quid inde? Vita libera omnibus malis
Omni soluta vita successit cruce.
Hic nempe terminus fuit: respexit hunc

In

In omnibus vita actionibus suis.
 Quid? Hanc Fides respexit ultimum scopum:
 Nunc perque inassuetam viam feliciter
 Hunc, quem sibi praefixit, attingit scopum.
 Ergo, Parentes Optimi, Carissimi,
 Quid vestra mæror sauciat, quid pectora
 Amaricat funus meum? quin mittite
 Luctus acerbos; lachrymarum sistite
 Imbrem. Antecellit namque vestram mors mea
 Vitam. Ergo duris casibus ne cedite,
 Sed fortiores este vestris cladibus,
 Crucemque ferte mitius, quam desuper
 Non mente durâ immisit Optimus Pater.
 Longæva nam Crucem manet brevissimam
 Vita in supernis Coelorum cubilibus.

Zu Deutsch ohn gesehr also.

Was allen lieblich ist / was ist des Menschen Leben?
 Ein bitter herbes Creutz / mit trawren rings umbgeben.
 Was ist der grimme Todt / der Menschenfeind zu achten?
 Des Creuzes Endigung / darnach wir alle trachten.
 So bin gewesen ich mit vielem Creutz beladen /
 Auff dieser Erdesrund / in meinen Jungen Tagen:
 Mit meinem Christo bin in schweren Creuzes Orden
 Ich / als sein liebstes Kind / geprüfet offte worden:
 Wie dann der Sonnenglanz hter von thet niemahls blicken /
 Da Gottes Kindern nicht thät an die seite rücken
 Ein nagelnewes Creutz / dadurch dann wird vermehret
 Das Alte / so noch nicht verschlungen vnd verzehret.
 O angenehmes Creutz! O allerliebstes Leiden /
 Von Gottes Liebe du mich doch nicht kontest scheiden!
 Du bist erleget nun / du bist nun überwunden /
 Mit dem ich in der Welt zustreiten alle Stunden /
 O angenehmes Creutz! Die starcke Hand des H Erren
 Unfers Becreuzigten kan alls zum Siege kehren.

B ij

Was

Was aber bringt der Sieg? Was wird mir da zu Lohne?
 Ein Leben ohne Creuz/ des Lebens schöne Crone.
 Da hat mein Leben hin/ mein Glaube auch gesehen:
 Durch vngebabnte Weg thue ich zum Ziele gehen.
 Drumb/ Liebste/ von den ich nechst Gott des Lebensgabe
 Bekommen/ trauret nicht/ die Thränen wischet abe.
 Mein Abschiedt solte der betrüben ewre Herzen?
 Mein Hinfahrt bringen euch Bekümmernuß vnd Schmerzen?
 Vor ewrem Augenlicht/ vor ewrem süßen Leben/
 Wird meinem Todeschlaff der Vorzug billich geben.
 Drumb/ was Euch nun der Herr zuschickt nach seinem Willen/
 Das nehmt mit willen an/ Er kan den Kummer stillen:
 Mit willen nehmet an das kleine kurze Leiden/
 Dafür im Himmel euch sehr lange Freud bescheiden:
 Im Himmelblawen Schloß/ da Gott thut selber wohnen/
 Vnd seinen Kindern pflegt mit Freuden abzulohnen.

Humilima Compassionis ergo fac.

M. Johannes Cremerus, ad D. Nicol. verbi
divini Minister.

X.

PROSOPOPOEIA LUGUBRIS.

IN mortale genus sua mittere spicula nuper
 Mors solita ac Mavors non sine strage gravi.
Illa patrocinio furibundi Martis & ausu
 Impietas meritos pressit & immeritos.
 Pressit & appressit nil dignum morte patrantis,
 Quos tamen haud paucos sustulit ante diem.
 Huic velut est saxa grassans violentia Martis
 Auxiliatricem visa tulisse manum,
 Quosque his à furiis Martis truculentia rancis
 Liquerat immunes vivere & esse super,
 Protinus ista petit, nullo discrimine, & almo
 Orbatos vitæ lumine sternit humi.

Hinc

Hinc & morbillos, hinc & contagia pestis
 Mittit & immittit, lethiferum omne genus.
 Hinc passim cecidisse liquet juvenumque senumque,
 Et scemellarum corpora, itemque virum.
 Nec tantis degunt animantia libera plagis,
 Tota cadunt ovium secula, tota bouum.
 Vixque fuit, quæ non tantum perpessa furorẽ,
 Ediderit gemitus, urbs, regio, ulla domus.
 Sed tandem hæc agræ cœlestis Gratia mente
 Damna tulit, patrii pectoris ipsa memor.
 Nunc sat plagarum: Vos, ô Mars, Marsq;, repente
 Cedite Anhaltinis, cedere, dixit, agris.
 Vos ne forte DEOS habeat plebs inscia veri,
 Mars gladium, stimulum Mars age conde tuum.
 Sic volo, sic jubeo: Mandata capescere uterque
 Et patriæ his missis longius ire foci.
 Jamque aliqua afflictæ cœpit pax gliscere regno,
 Atque venenifera vis abesse duis.
 Tum Pater omnipotens, cœli super axe coacto
 Concilio Divum cœlitumque, refert.
 Nempe per imperium nostrum quidem Anhaltidos oris
 Sperata exoritur gratia, vitæ salutis.
 Cessit enim bellum, cessat contagio in istis,
 Nec nisi peccatis causa redire virum.
 At nondum gentem cœptis abstinere pravis
 Humanam video, prævideoque malum.
 Fas ergo exemptos venturo turbine rerum
 Cœlorum placida sede locasse pios,
 Atque ad eò cunctis maturè (patria nostram
 Mentem cura monet) præripuisse malis.
 Quare agite, aligeri juvenes, excedere terris
 Dilecti nobis membra jubete gregis.
 Jam volet ô aliquis prælustrem ad Principis aula,
 Quam ditio celebrem Plätzkoyiana fovet.
 Hinc mihi præ reliquis celsa prole puellam,
 Usû quam dederam calice dona, vocet:

B 3

Mox

Mox vocet, ac diuos inter diuasque reponat,
Ut sit & ætherii portio digna chori.
Tu verò, æterni dulcis *Spirator amoris*,
Tristia qui vegeto numine læta facis.
Mœsto, fac, pareat Genitori nostra voluntas,
Cum subit ex abitu pectora celsa dolor.
Si quæ opus (est at opus: Quis enim non fata Suorum
Ultima deplorat, perdoleatque parens?)
Si solamine opus, solamina suggere, nostro
Dilecto *Augusto*, corda dolore leva.
Vix ea fatus erat cœli Rex: Illicet omnis
Annuerat Divum cœlituumque cohors.
Nec mora: Præcipiti Superum de sede volatus
Se defert *Raphaël*, *diæ medela piis*.
Jamque peracturus cœlestia iussa, verendi
Sancta *Gynæcei* limina primus adit,
Hic pietate pares & avitis moribus omnes,
Quam ferat, ambigua mente oculoque librae.
Usque adeo ætheriis censebat sedibus omnes,
Dignas, vel vitæ perpete curriculo.
Ni *Nymphæ* imposci monuisset *nominis omnes*,
Deque *Dei dona* mentio facta dato.
Ergo ubi *DOROTHEAM* juvenili corpore *nympham*,
Natam annos quatuor post *duo lustra* videt,
Divinisque animi, vereque illustribus auctam
Dotibus, ista *Dei dona ferenda*, canit:
Salve virginei *Flos*, atque *Corona theatri*,
Virtutis speculum, *deliciumq; Tuis*.
En carni male grata quidem, sed nuncia menti
Grata fero, quorum mens cupit esse polo,
Carcere migrandum mundi tibi, (celite jussu)
Quæ cupis æthereas incoluisse domos.
Jam Servatori reddendus, sanguine vindex
Quem proprio asseruit, Spiritus ille tibi.
Horruit, auditis, sed non exhorruit ista,
Spe freta æterni vividiore status,

Ser-

Servula sum Domini, fiat sacrata voluntas!
En animam! Reddo, quam dedit ipse, lubens.
Sic gemit: Arreptat puer aethere praepes,
Inque sinum arreptam fert, Abrahamae, tuum.
Hinc totidem lacrymaz, planctus, suspiria in aula,
Et per Anhaltinas mœsta querela plagas.
Extemplo vadit non muneris immemor *Aura*
Cœlesti, cellos alloquiturque patres.
O Auguste parens, genitrix ô celsa Sibylla,
Vestra dolor iustus membra animosque tenet.
Neutri at mancipio vestrum data *Nata*, sed usû;
Donum erat illa *Dei*, jam tulit ecce *Dator!*
Rite lucro exposuit pondo tam nobile *terris*,
Majus jam in *cœlis* nobiliusque datur.
Complacuit pietas *Domino*, studiumque *lucranda*,
Jam *Natae* merces solvitur alma *Salus*.
Vos moneo, *celsi Fratres Nymphaeque, Sororem*
O ne fleté nimis, ponite, quæ so modum.
Chara quidem Soror hæc, *celsa indole, tertia natu*
Prævia virtutis Dux, Speculum, atque Comes.
Sed magis chara tamen vivebat *Filia Jhovæ*,
Spe citius vestra qui super astra tulit.
Ergo quod placuit divumque hominumque *Parenti*,
Ne vobis ipsum displicuisse velit.
Dixit, & aetheriam visus conscendere in arcem,
Illustrem liquit *Nuncius* ille locum.
Tum *Pater Augustus* divinae nuncia mentis
Verba statim agnoscens arbitriumque *DEI*.
Fas parere equidem *Domino*, sanctoque *statuto*
Nos decet ac *nostram* morigeram esse *Domum*.
Qui dedit, abstulit en! *Natam: Benedicta voluntas*
Sit DEI in aeternos hic & ubiq, dies!
Natham ô felicem, quæ tot prærepta periculis
Tuta perennantis secla quietis agit!

O Prudens constansque animi, qui in morte Suorum
Scit sese ad nutum composuisse DEI!

Humilime contestanda συναθείας gratiā scripta à

M. Ernesto Wulstorphio, S. A. Scholæ
Patriæ Rectore,

XI.

His sita Dorotheæ sunt Principis ossa sepultæ,
Augusto, Ascaniæ Principe, Patre satæ:
Et Matre Illustri, Solmensi è stirpe, Sibylla.

(Quos DEUS in terris det superesse diu)

Non tamen hic pietas, & summa modestia morum,
Virgine cum primis Principe digna, jacent.

His instructa polum petit, super astraque scandit,

Jam facta Angelici pars quoracunque chori.

Heu celeres annos! fugitivaque tempora vitæ!

Quàm citò, quàm subito mors inopina venit,

Illa quidem Patri Illustri, spes magna que Marri,

Donum erat æterni nomine reque DEI.

Qui dedit ast illam quondam, jam surripit illam,

Utu, haud mancipio, vita cuique datur.

Arbitrium Domini patienter ferre necesse est,

Omnia pro nutu versat agitque suo.

Et mala criminibus debentur talia nostris,

Quæ nisi mors nobis demere nemo potest.

Ah recrudescunt Mortis Martisque furores,

Ingeminant multas cubæta elementa minas.

Nilque boni auditur, crescunt scelera atque piacula,

Pravo adeo, infandum, dedita turba sumus.

His eropta malis princeps generosa beata

Gaudia nunc vitæ non pereuntis habet.

Ergo modum lacrumis pone ô dux inclute, vivit

Filia, inauditis perfruiturque bonis.

ad declarandam animi humilimi συναθείας fac.

M. Martinus Cramerus.

F I N I S.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







Inches

Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

SSIMUM ET
 incipem, &
 m.,
 ISTUM,
 ALTINUM, CO-
 um Servestæ & Bern-
 mæ Domus
 m.,
 e Filia
 THEÆ, &c.
 i Anni M.DC.XXXVII,
 I Filium suspiria,
 inctæ
 m.
 rosequentem &
 m.,
 LATIO
 milimis cultoribus,
 e subditis
 A.
 is Andreæ Bezeliij,
 C. XXXIIX.

91

